



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

23. An tempore Iubilaei possit quis petere commutationem votorum, vel  
operum injunctorum ab uno Confessario, & postea altero confiteri? Ex p. 5.  
t. 12. r. 51. alias 50.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

& sequitur Faustus in Thef. Rel. l. 4. g. 5. num. 2. & 3. Laurus de Iubilæo, part. 1. c. 2. n. 16. Sanctarellus de Iubilæo, s. dub. 8. Potacchus de Iubilæo, sect. 4. 2. num. 66. Homobonus de exom. Eccl. p. 2. tr. 8. c. 7. q. 2. 2. & novissimè Angel. Bossius de Iubilæo, sect. 2. cas. 8. n. 3. & Philippus de la Cruz in Thef. Eccl. tr. 1. §. 11. n. 10.

2. Sed difficultas est an in hac Diœcesi Panormitana ubi in Synodo Eminentiss. Cardinalis ab Atria p. 2. c. 4. num. 12. sic habetur. Caveant Confessores ne votorum commutationem extra sacramentalem confessionem faciant; nam illud verbum, caveant, videtur inducere obligationem peccati mortalis, vt patet ex Decreto Clem. VIII. de casuum reservatione, vbi dicitur. Caveant diligentissimè, ne ea notione, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem vntur. In quibus verbis esse præceptum docet Castrus Palaus tom. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 9. n. 3. & in dicta Synodo vbi sup. n. 14. ita etiam habetur. Caveant Sacerdotes Confessarij ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodant peccatorem, vnde de confessionis sigillum violatur, in quibus verbis certum est præceptum adesse. Ergo dicendum est etiam verba supradicta, caveant Sacerdotes ne votorum commutationem extra sacramentalem confessionem faciant, importare obligationem culpæ lethalis; vnde si Confessarius aliquis commutaret aliqua vota virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi extra Sacramentum, peccaret mortaliter.

3. Verùm non peccare mortaliter ego puto Confessarium non obstante dicta prohibitionem commutantem vota extra Sacramentum, cum hæc opinio, vt dictum est, probabilissima sit, neque puto in illis verbis hoc prohiberi sub obligatione culpæ lethalis, nam, vt alibi probatum est, cum Caietano in 2. 2. q. 166. art. 9. circa soler. ad 2. & alijs, verba imperatiua non continent præceptum, vel meliùs dicendum est, tunc continere præceptum, quando ex materiæ grauitate & necessitate id apparet, quæ si magna sit, & grauitè à Legislatore fuerit ponderata, censenda sunt verba præceptiua esse. Vnde in Clem. exim. de verborum signific. §. item quis, ver. Nos itaque ex materiæ grauitate, ait Pontifex colligendum esse præceptum ex huiusmodi verbis, quod etiam docuit Abbas, Felinus & Imola in c. nam conceperunt, in fin. de constit. Ad auctoritatem verò adsumptam ex Decreto Clem. VIII. dico quòd verba imperatiua in Concilijs, & Decreti Pontificum ferè semper accipienda sunt vt præceptiua, vt tradit Vasquez in p. 1. disp. 1. §. 8. cap. 2. n. 24. & ex materiæ grauitate verbum, caveant, importare præceptum in d. Decreto Clement. VIII. clarè apparere dicendum est, quod non tenent in casu prohibitionis, de quo loquimur. Et hæc omnia à fortiori procedunt quoad Regulares, qui, vt alibi probatum est, non tenentur per se, secluso Cardinali, obseruare præcepta Synodalia, vt, me citato, tenent etiam nouissimè Merolla in disp. Theol. tom. 2. d. 4. c. 4. dub. 22. n. 306. Vnde rectè Bariola conf. 3. 2. per totum, tenet quòd censuræ in Concilijs Synodalibus per Episcopos promulgatæ non ligant Regulares.

RESOL. XXIII.

An tempore Iubilæi possit quis petere commutationem votorum, vel operum iniuxtorum ab vno Confessario, & possit cum altero consuere? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 51. alias 50.

1. Respondeo affirmatiuè cum Henriquez lib. 7. c. 10. num. 8. Vegha in summa, p. 2. c. 7. num. 19. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 17. & Laurio de Iubil. p. 1. c. 25. n. 37. vbi sic ait. Quando in Bulla iniungitur vt opera possint commutari per Confessarium

electum, si quis iam elegerit, & ab eo est facta commutatio, non tamen illi confessus est sua peccata, sed alteri, commutatio valet. Sic ille, & rectè quidem, nam in Bulla Iubilæi requiritur solùm vt commutans sit Confessarius approbatus ab Ordinario, quod accidit in casu nostro, ergo, & ita declarasse Greg. XIII. testatur Henric. vbi supra.

RESOL. XXIV.

An si quis in Vigilia Natiuitatis ieiunaret, pro lucrando Iubilæo, satisfaceret sumendo illam maiorem quantitatem, quæ sumi solet in dicta Vigilia, cum ieiunaret extra tempus Iubilæi?

Et supponitur in dicta Vigilia posse sumi vncias sexdecim in collatione serotina.

Et docetur, quod si aliquis ieiunasset, nesciens Iubilæum promulgatum, quod hoc non obstante illud lucraretur.

Et aliqua alia pro ieiunijs Iubilæi adducuntur. Ex p. 11. tr. 7. & Mis. 7. Ref. 12.

1. Suppono, in dicta vigilia (vt alibi probau) posse sumi vncias sexdecim, & ita docet nouissimè Ioannes Henriquez in pract. q. 99. sect. 16. q. 5. n. 17. vbi sic ait. [Algunos Doctores afirman que esto no es licito. Otros tienen que donde ay costumbre se puede hazer colación en la Vigilia de Nautidad con todo, quanto vna persona puede comer de todas frutas; Pero la opinion mas recebida es la de Azor, Fagundez, y Diana, los quales afirman, que casi en todas partes ay costumbre de hazer colación la vigilia de Navidad con cantidad doblada, que en los demas dias de ayuno; de modo que si en los demas ayunos se puede comer ocho onzas à colación, en este dia se podran comer diez y seis.

2. Però ay dificultad en aueriguar si esta cantidad se ha de entender tambien con los Religiosos, porque los mas afirman que esta costumbre la ay en las Religiones, però Villalobos niega esto, y Diana dize, In nostra Religione certum est non stare. Però verdad sea, que vnos Doctores puede ser que hablen de lo que se vsa en vna Prouincia, y otros del vsò de otra: y hablando del vsò de nuestra Religion digo, que se vsa en esta Prouincia del Andaluzia hazer colación con las diez y seis onzas que dize Azor. Imò plus addit nouissimè Remigius pract. Confess. t. 3. c. 4. §. 5. n. 1. vbi sic ait, Para que la colación sea licita, y se pueda tomar sin pecado, ha da ser moderada en cantidad, y calidad: y para euitar prolixidades permiten communmente los Doctores como §. 2. n. 7. diximos ocho onzas poco mas, o menos, aunque sea de diuersos manjares: y no pecaria mortalmente el que hiziesse colación algo mas larga con buena fé, y por tener mucha hambre. Es licito en vispera de Nautidad hazer colación doblada, que en los demas de ayuno; y à un quanto cada vno quisiere, como sea de cosas permitidas en colación. Ita ille.

3. Hoc supposito, ad quæsitum adductum negatiuè respondet Bossius de Iubilæo, sect. 4. cas. 18. n. 163, sic asserens; Consequenter tali pacto in dicta Vigilia Natalis Domini, aut Paschatis tam immoderatam sumens collationem iuxta præfatam consuetudinem, licet non violare præceptum de Ecclesiastico ieiunio, non tamen satisfaceret oneri ieiunandi ratione Iubilæi, sicut non satisfaceret oneri ieiunandi ratione vel penitentiæ, aut voti, quia non verè ieiunaret. Hæc Bossius.

4. Sed ego contra illum puto cum Patre Bardi in selectis, l. 5. quæst. 4. num. 2. hunc talem etiam si ea nocte sumeret refectiunculam illam maiorem, satisfacere ieiunio ex voto, aut penitentiæ, quia dum non constaret de opposita intentione vouentis; aut Confessarij imponentis

N A  
nia  
IL. IV. V  
III

Alibi inf. in tr. 6. Refol. 111. à lin. 2. & in Refol. 112. à lin. 2. & in Refol. 113. & 114. §. 2. in fine, & in Refol. 115. Notand. d. in princa. & pro quantum libuerit in Ref. 3. huius not. in §. 3. &c.

Sup. in hoc Ref. 1. not. præterita, §. 1. à lin. 9. vers. Sed me citato, & in Ref. 3. §. Sed, & in Ref. 5. §. Notandum, ad lin. 7.

Sup. hoc inf. in tr. 6. Ref. 120. §. vi. &c. & sup. hoc aliquod plus contra in hoc textu ibi in Refol. 113. §. vi. &c.

Sup. hoc inf. in tr. 6. Ref. 111. §. At vs paulò post initiu, vbi Talis vespertina.